



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi
Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres**

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

XXXIX. An viribus naturæ cognosci poſit, Deum eſe, & Vnum eſe?

urn:nbn:de:hbz:466:1-35233

IV. DE VIRIBVS LIBERI ARBITRII IN
Naturalibus rebus.

QVÆSTIO XXXIX.

*An Viribus naturæ cognosci posse
Deum esse, & unum
esse?*

CALVINVS *Inst. t. c. 2. & lib. 2. c. 2.* fatetur ethnicos solo naturæ lumine generatim cognoscere Deum; quod si aliquis; at nescire Deum verum, unum ac solum esse.

Proinde LUTHERANVS *Heliolus I. de erroribus Pontificiorum,* ponit studiū: Dicunt Romani in Cathechismo, Posse, Deum esse, & unum esse lumine naturali cognosci. Id quod negant Lutherano-calvinisti.

SVAVENT istis. I. Quia Ioan. i. *Lux in tenebris lucet; & tenebrae non comprehenduntur.* In mundo erat, & mundus eum non cognovit:

2. Aug. l. 10. Confes. c. 6. ait, *Celum & terram clamant; Ipse fecit nos, & non ipsi nos; surdis tamen canunt, nisi Deus altius misereatur..*

AUTOR. I. Mens humana per peccatum orig. non ita est laesa, vt non possit solis naturæ viribus multas veritates theoricas & mechanicas cognoscere. Constat inter omnes etiam aduersarios.

1. *Quia nulla res destruitur propria operatione: sed Intelligere verum propria est intellectus operatio.*

2. *Quia non est potentior intellectus intelligendo, quam sensus in sentiendo: sed hic potest sine auxilio gratia specialis sentire: ergo & is intelligere.*

II. *Deum esse, & Vnum esse solis:*

naturæ viribus cognosci potest.

1. Sic Scriptura in *Antichristo* p. 4.

q. 22.

2. Sic & S. Patres: S. Iustinus Mart. Irenæus, Tertul. Cyp. Laet. lib. i. In. stit. c. 3. *Nemo est, qui sapiat, ratione mope secum putet, qui non Vnum Deum esse intelligat.*

Ratio fauet. Quia si non posset cognosci naturaliter unus Deus, fieri *Vel quia* obiectum est supernaturale. Non haec; quia Sap. 13. *A magnitudine speciei, & creaturae cognoscibiliter potest horum Creator* videri. Ut testatur demonstrationes factæ à S. Patribus ex eff. Etis naturæ: quod autem naturalibus doceri potest rationibus, non super naturalem intellectum. *Vel quis actione intelligendi unitatem Dei est difficilis, aut impossibilis.* At nec hoc: Quib[us] assertur demonstratio, ibi assentient difficile non est: sicque nil opus speciali auxilio..

DICO AD I. Ea dicuntur de Christo ac proinde de S. Trinitatis mysterio, quod naturæ soli incognoscibile est. Dein: vt lux illuminet tenebras; hanc tamen lucis saepe prævalent. Item: *relicta naturæ, in tenebris ignorante lucet aliquantis per.* Vnde S. Aug. in ep. ad Rom. *Quos arguit Salomon* q. 13. *non cognoverunt per creaturam Creatorem: Quos autem arguit Apostolus, cognoverunt: sed gratias non egerunt.*

AD II. S. Aug. ibi loquitur de Amore, non de Cognitione Dei; quod homines non, vt Deum cognoverunt, sic ament ac laudent.

QVÆ

